



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

Diss. Theol. prot. 110

DISPUTATIONUM
THEOLOGICARUM,
in quibus
Potiores Controversiæ Theologi-
cæ thesibus succinctis comprehensæ
sistuntur,
DECADES DUÆ,

Quas

DIVINA ADJUVANTE GRATIA

In celeberrima Academiâ
Jenensi,

JOHANNES ERNESTUS GERHAR-
DUS, D. & PROF. PUBL.

*ad ventilandum publicè
proposuit*

ANNO M. DC. LIV.

*Juni
(1654)*

J E N Æ,
Typis GEORGII SENGENVVALDI.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
DIVISION OF THE PHYSICAL SCIENCES
DEPARTMENT OF CHEMISTRY

RESEARCH REPORT
NO. 1000

BY
J. H. GOLDSTEIN

AND
S. H. CRAGG

DEPARTMENT OF CHEMISTRY
UNIVERSITY OF CHICAGO

CHICAGO, ILLINOIS
1955



V I R O

GENEROSO, MAGNIFICO MAXIMEQUE
STRENUO,

DN. VVOLFANGO CON-
R A D O à Thumshirn /

Hæreditario in *Ponik & Nobik* /


SERENISSIMO CELSISSIMOQUE DUCI SAXONIÆ,
LINEÆ ALTENBURG.

à Consiliis intimis ac Cancellariò eminentissimo,

Reditum provincialium Directori gravissimo, meritissimo,

DN. AC PATRONO SUMMO,

Perpetuam in Salvatore felicitatem!



HA in his terris facies Ecclesiæ Christianæ est, is status, ut non à tyrannis solam variis persecutionibus vehementer sponfa illa Regis cœlestis pressa semper sit, verum etiam ut omni prope tempore contra hæreticorum cohortes in hac facie stare, fuerit coacta. Neque tamen absque singulari Numinis Supremi providentia & directione sapientissima chara ista tot exposita periculis ac tempestatibus fuit. Præclare Gentium Doctor in priori ad Corinthios datâ cap. XI. Δεί γάρ, scribit, αἰετοὶ ἐν ὑμῖν εἶναι, ἵνα οἱ δοκιμοὶ φανεροὶ γινώσκωνται ἐν ὑμῖν. In quibus verbis licet Chrysofomo itemque Oecumenio non de dogmatum, sed schismatum hæresibus Apostolus loqui videatur: rectè tamen Dd. alii de hæreticis in genere verba Apostoli exponunt. Existimandum verò hautquaquam est, vel DEUM arcano quodam consilio pravorum hominum mentem ad hæreses impellere, vel ita ambigüè verbum suum nobis tradidisse, ut instar nasi

cerei hinc inde flecti queat, sicque non tam Diaboli fraude & ho-
 minum malitia tot errorum semina in Ecclesiæ agrum spargantur,
 quam D E I Opt. Max. proprio consilio ac voluntate abscondita
 nascantur, adeoque D E U S ipse hæresibus in Ecclesia ansam det.
 Eo sanè sensu verbum oportet apud S. Paulum h. l. accipi hautqua-
 quam debet. Id bene observat laudatus modo *χρυσόρρημων* ille
 Ecclesiæ Constantinopolitanæ ArchiEpiscopus: *εἰ καὶ τὰς τῶν
 δογματῶν ἐλεγχῶ, εὐδὲ ἕως λαβῶν εὐδὲ, καὶ γὰρ ὁ χρυσὸς Φησὶν, ἀνάγκη
 εἶσθαι τὰ σκάνδαλα, καὶ τὴν ἐλπίδα τῶν πραγμάτων λυμαινομένην, εὐδὲ
 ἀνιγκνῶν ἵνα, καὶ βίαν ἐφίστας τῷ βίῳ, ἀλλὰ τὸ πάντως ἐσώθῃον ἐκ τῆς
 πονηρῆς τῶν ἀνθρώπων γνώμης, προλέγων, ὅτι ἐμεῖς γίνεσθε, καὶ διὰ τὸ
 αὐτὸ προῤῥησιν, ἀλλὰ διὰ τὴν τῶν ἀνιάτως ἐχόντων γνώμην, καὶ γὰρ ἐπι-
 δὴ προῤῥητε, ταῦτα ἐγίνεθ, ἀλλ' ἐπεὶ δὴ πάντως ἐμεῖς γίνεσθε, διὰ τὸ
 προῤῥητεν, ἐπεὶ εἰ ἀνάγκη ἴσθαι τὰ σκάνδαλα, καὶ μὴ γνώμης τῶν εἰσαγίν-
 των αὐτῶν φειδῶς ἐλεγχῶ, καὶ τῷ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ, δι' εἰ τὰ σκάνδαλα
 ἐρχεται. *Oecumenius* quoque ad prædictum locum rectissime: τὸ
 ἵνα, αἰτ, οὐκ ἔστι ἀιολογικόν, ἰδὲ τῆς τῶν πραγμάτων ἐκβάσεως δηλώ-
 ντων. *Dictio* ἵνα, non est causse redditiva, sed euentus rerum decla-
 rativa. Cœterum non initio modò Ecclesiæ Novi Testamenti
 ἀπονοῦσθαι generis humani hostis pestilentissimos homines *Ebio-
 nem, Simonem Magum, Cerinthum, Eutypheten, Nestorium, Arium,
 Samosatenum, Fortunatum, Faustum ac Felicem Manichæos, Helvidi-
 um, Jovinianum, Pelagium, Marcionem* ac plurimos alios, de qui-
 bus *Augustinus* Hipponensium Episcopus in de hæresibus ad Quod-
 vult D. aliisque T. 6. contentis libris, *Epiphanius* Episcopus Constan-
 tiæ in Panario contra hæreses, *Philastrius* Brixientis in Italia Episco-
 pus in de hæres. libro prolixè agunt, ex abyssi quasi puteo pro-
 duxit, (quos indefessum tamen augustissimorum sanctissimorum-
 que Patrum studium, & piorum Imperatorum sollicitudo rursus
 feliciter pessumdedit.) verum prognata quoque subinde etiam post
 illa tempora & superiori cum primis seculo variorum monstra
 hæreticorum sunt, qui partim errores in primitivâ Ecclesiâ ortho-
 doxâ damnatos ex orco revocarunt, ex parte quoque novis contor-*

tortis ac blasphemis oraculorum Scripturae Sacrae interpretati-
 nibus orthodoxiam coelestem labefactare nullis non conati
 viribus sunt. Non referam nunc prolixè, quam late sese *Regnum*
Pontificium extenderit, & quot hominum myriades meretrix illa
 Babilonica, AntiChristum dico Romanum, vino idololatris
 suae inebriarit. Cujus quidem regni fundamenta licet megalande
 noster *B. Lutherus* (cujus etiam vestigia fideliter pressere ac bella
 Jehovæ fortiter pugnarunt Ecclesiae nostrae Dd. plurimi, in coelo
 jam triumphantes, *Brentius, Chemnitius, Hunnius* utroque, *Ment-
 zerus, Meisnerus, Balduinus, Lyseri* parens & filii, *Majar, Hummelius,
 Eckardus, B. Parens* meus & multi alii, viventes silentii sipario
 jam nunc lupens involvo, quorum tamen merita & victorias
 grata canet posteritas) heroico ausu feliciter labefactarit & iniqui-
 tatis mysteriū egregiè detexerit; non defuerunt tamen haecenus,
 qui pro crassis etiam illis erroribus Pontificiis tanquam pro aris
 & focis pugnare non desierunt. Quorum in numero coeteris fa-
 cile palmas præripiunt *Jodocus Coccius, Beccanus, Reharminus, Bo-
 zius, Forerus, Gretserus, Hardingus, Hayus, Lindanus, Petavius, Pista-
 starius, Pigghius, Sanderus, Stapletonus, Suarez, Tannerus, Gregorius
 de Valentia, Maldonatus, Cottonus, Adamus Conzen, Eccius, Costerus,
 Gordonus, Huntlaus, Gurtnerus*. Quid verò de Anabapti-
 sticis dicam cohortibus? quid de *Veigelianis* & *Schwencke-
 feldianis*? Horum quo pauciora prostant scripta, e quibus
 mens cognosci omnium accurate possit, eò turpiore for-
 vere eos errores, in proparulo est. Non defuerunt tamen ex
 nostratibus Dd., qui itidem fortissimo impetu horrendarum
 sententiarum monstra, domarunt. Et contra *Anabaptistas*,
 quidem extant immortalis ingenii monumenta, quae *B. nostro*
Luthero debemus. Præter coeteros verò Theologos supra no-
 minatos, *Chemnitium, Mentzerum, B. Parentem*, qui in scriptis
 suis passim fundamenta opin. Anab. evertunt, talem omnino
 contra *Anabaptistas* opem navarunt *M. Lucas Osander* in En-
 chirid. contra Anabapt. *B. Hunnius* contra Anabapt. *M. Petrus*

Hönelmannus V. D. apud Rostoch. Minister, cujus prostant dis-
 sputationes Elenchticæ de Anabaptismo. Adversus *Wegelium*
 verò & hujus sociennos extat libellus Germanicus B. D. *Nicolai*
Hunii Witteberg. excusus anno 1622. oppositus Theologiæ Para-
 celsi, Weigelianæ, it. B. *Johannis Schelhammeri* refutatio Postillæ
 Valentini Weigelii, B. D. *Thummii* liber, titulo; Impietas Weige-
 liana editus, His addi possunt B. P. Dissp. Academicæ, in quibus
 passim errores Weigelii refutatos videre licet. Pestilentior verò
 adhuc hæresis seculo superiori enata est infelicibus auspiciis *Mi-*
chaelis Serveti Hispani, qui in Scholis Mauritanis informatus hor-
 renda illa Samosateni dogmata, multis abhinc seculis damnata, in
 proscenium Ecclesiæ reducere sategit. Et quamvis justam Ser-
 vetus ille blasphemæ suæ sententiæ dederit poenam, Geneyæ pub-
 licè combustus, prout Thuanus observavit, non desuere tamen,
 qui amplexi non solum abominanda hominis dogmata sunt,
 sed omnibus defendere eadem viribus haut cessarunt. Hos inter
 primipili sunt *Valentinus Gentilis*, *Matthæus Gribaldus*, *Paulus Al-*
ciatus, *Georgius Pauli*, *Bernhardus Ochinus*, *Georgius Blandrata*,
Franciscus Davidis, *Faustus Socinus*, *Christophorus Ostorodus*, *Michaël*
Gittichius, *Johannes Volkelius*, *Andreas Radeccius*, *Hieronymus Mo-*
scorovius, *Prosper Desiderius*, *Sommerus*, *Valentinus Smalcius*, *Theo-*
philus Nicolaides, *Crellius*, *Adamus Goslavius à Bebelno*, *Enjedinus*,
 Horum etiam placita, ut ut non in totum, adprobant *Arminiani*,
 (dicti à *Jacobo Arminio*, Theologo quondam Leydæ Batavorum,
 hic enim cum Calvinianis in Belgio quibusdam in Articulis
 rectè sese opposuisset, exindeque in Synodo Dordracenâ se-
 cuti hujus anno 1619, cum sociennis damnatus esset, novæ sectæ
 nomen dedit, quamvis Remonstrantium nomen Arminii ad se-
 cles magis forte arrideat) quorum dogmata ex parte exhibent A-
 ctæ Synodi Dordracenæ, magis tamen Confessio Armin. Apo-
 logia eorundem ad censuram Profess. Leydens. & acta à Remon-
 strantibus. Ipsis Harderwicæ edita, tum verò & scripta *Adriani*
Borrei, *Adolphi Kematoris*, *Jacobi Arminii*, *Dominici Sapma*, *Edu-*
ardi

Aradi Poppii, Henrici Slat, Johannis Corvini, Petri Bertii, Theodori Bometis, Nicolai Grivinchovii, Henrici VVelsingii, Vorstii, ac Simonis cum primis Episcopis, cujus opera quadricennio abhinc Steph. Curellæus Amstelodami edidit. Dogmata horum qui è nostratibus peculiari scripto refutarit, jam non recurret. perstrinxit tamen hinc inde Dn. D. Hülsemanus in editis scriptis, præcipue in Breviario extenso. Et juvare adversus Arminianos disputantes non parum possunt nostratum libri Photiniani oppositi, quales luci dederunt b. m. D. Meisnerus D. Frantzius, D. Grauerus, Dn. D. Feurbornius, D. Stegmannus, D. Christ. Matthiæ, Dn. D. Calovius, D. Botsaccus & alii. Sed & Calviniani, è quorum schola illi prodierunt, non parum turbarum dederunt Ecclesiæ. Horum celebriores Dd. Calvinus, Zwinglius, Beza, Zanchius, Ursinus, Piscator, Pareus, Chamier, VVendelinus & alii plurimi notisatis sunt, nec fugiunt eruditos accuratissimi labores nostratiû Theologorum B. Lutheri, B. Chemnitii, B. Jacobi Andrea, B. Mentzeri, D. Feurbornii, B. Hunnii, B. Affelmanni, B. Graueri, in quibus abunde, quid Reformati sive Calviniani responderi possit, Lector pius & diligens inveniet. Sed quid hæc, Vir summe, apud TE? vereor, ne quis mihi objiciat illud ἵλασταις εἰς Ἀθήνας. Quem enim lætet, quantum rerum Theologicarum Thesaurum pridem collegeris? ut de Controversiis Theologicis judicare haut feliciter minus, graviter pieq; possis, quam ubi Patris patriæ Locumtenentis terris nostris Judex æquissimus Jus dicis, justitiâque administras. Hæc sine etiâ censura. Tuæ, Vir Generose, idemque Patrone studiorum meorum maxime, paucas hæc pagellas; sed potiores tamen, quæ cum prædictis adversariis nobis intercedunt, controversias compendiosè pertractantes, L. M. Q. subicere volui. TUÆ insuper Generosæ Magnif. studia mea Theologica omnesquæ adeo actiones meas probari, vehementer atque unice opto: qui DEUM ardentissimè rogo ac veneror, ut TE, Patrone incom

W
incomparabilis, maximo Rei litterariae emolumento quamdiutissime florentem nobis nostraeque patriae praestare clementissimè velit. Ita vale, Vir summe,

O & praesidium & dulce decus meum!

Jenæ à museopaterno 3. Id. Junii Anni 1654.

GENEROSAE MAXIME QUE STRENUAE

MAGNIF. TUAE

devotissimus cultor

Johannes Ernestus Gerhardus,

D & Prof. Publ,

Incom-